

THE EPISTLES OF SENECA

Veritatis simplex oratio est.

Ideoque illam implicari non oportet; nec enim quicquam minus convenit quam subdola ista calliditas animis magna conantibus. VALE.

L.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

- 1 Epistulam tuam accepi post multos menses quam miseras. Supervacuum itaque putavi ab eo, qui adferebat, quid agerēs quaerere. Valde enim bonae memoriae est, si meminit! Et tamen spero te sic iam vivere, ut ubicumque eris, sciam quid agas. Quid enim aliud agis quam ut meliorem te ipse cottidie facias, ut aliquid ex erroribus ponas, ut intellegas tua vitia esse, quae putas rerum? Quaedam enim locis et temporibus adscribimus. At illa, quocumque transierimus, secutura sunt.
- 2 Harpasten, uxoris meae fatuam, scis hereditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim aversissimus¹ ab istis prodigiis sum; si quando fatuo delectari volo, non est mihi longe quaerendus; me rideo. Haec fatua subito desiit videre. Incredibilem rem tibi narro, sed veram: nescit esse se caecam. Subinde paedagogum suum rogat ut migret. Ait domum tenebricosam esse.
- 3 Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi; nemo se avarum esse intellegit, nemo cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt, nos sine¹ *aversissimus Agricola; avarissimus MSS.*

EPISTLES XLIX., L.

The language of truth is simple.

We should not, therefore, make that language intricate; since there is nothing less fitting for a soul of great endeavour than such crafty cleverness. Farewell.

L. ON OUR BLINDNESS AND ITS CURE

I received your letter many months after you had posted it; accordingly, I thought it useless to ask the carrier what you were busied with. He must have a particularly good memory if he can remember that! But I hope by this time you are living in such a way that I can be sure what it is you are busied with, no matter where you may be. For what else are you busied with except improving yourself every day, laying aside some error, and coming to understand that the faults which you attribute to circumstances are in yourself? We are indeed apt to ascribe certain faults to the place or to the time; but those faults will follow us, no matter how we change our place.

You know Harpasté, my wife's female clown; she has remained in my house, a burden incurred from a legacy. I particularly disapprove of these freaks; whenever I wish to enjoy the quips of a clown, I am not compelled to hunt far; I can laugh at myself. Now this clown suddenly became blind. The story sounds incredible, but I assure you that it is true: she does not know that she is blind. She keeps asking her attendant to change her quarters; she says that her apartments are too dark.

You can see clearly that that which makes us smile in the case of Harpasté happens to all the rest of us; nobody understands that he is himself greedy, or that he is covetous. Yet the blind ask for a guide,

THE EPISTLES OF SENECA

duce erramus et dicimus : “ Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romae potest vivere. Non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitium, quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitae ; adolescentia haec 4 facit.” Quid nos decipimus ? Non est extrinsecus malum nostrum ; intra nos est, in visceribus ipsis sedet, et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos aegrotare nescimus.

Si curari coeperimus, quando tot morborum tantas vires¹ discutiemus ? Nunc vero ne² quaerimus quidem medicum, qui minus negotii haberet, si adhiberetur ad recens vitium. Sequerentur teneri et rudes animi 5 recta monstrantem. Nemo difficulter ad naturam reducitur, nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere bonam mentem ; at mehercules, si turpe est magistrum huius rei quaerere, illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere.

Laborandum est, et ut verum dicam, ne labor quidem magnus est, si modo, ut dixi, ante animum nostrum formare incipimus et recorigere, quam indurescat pravitas eius. Sed nec indurata despero. 6 Nihil est, quod non expugnet pertinax opera et intenta ac diligens cura ; robora in rectum quamvis flexa revocabis. Curvatas trabes calor explicat et aliter natae in id finguntur, quod usus noster exigit ; quanto facilius animus accipit formam, flexibilis et

¹ *morborem tantas vires* Gertz ; *morbos tantas ve res* MSS.

² *ne* Muretus ; *nec* MSS.

EPISTLE L.

while we wander without one, saying: "I am not self-seeking; but one cannot live at Rome in any other way. I am not extravagant, but mere living in the city demands a great outlay. It is not my fault that I have a choleric disposition, or that I have not settled down to any definite scheme of life; it is due to my youth." Why do we deceive ourselves? The evil that afflicts us is not external, it is within us, situated in our very vitals; for that reason we attain soundness with all the more difficulty, because we do not know that we are diseased.

Suppose that we have begun the cure; when shall we throw off all these diseases, with all their virulence? At present, we do not even consult the physician, whose work would be easier if he were called in when the complaint was in its early stages. The tender and the inexperienced minds would follow his advice if he pointed out the right way. No man finds it difficult to return to nature, except the man who has deserted nature. We blush to receive instruction in sound sense; but, by Heaven, if we think it base to seek a teacher of this art, we should also abandon any hope that so great a good could be instilled into us by mere chance.

No, we must work. To tell the truth, even the work is not great, if only, as I said, we begin to mould and reconstruct our souls before they are hardened by sin. But I do not despair even of a hardened sinner. There is nothing that will not surrender to persistent treatment, to concentrated and careful attention; however much the timber may be bent, you can make it straight again. Heat unbends curved beams, and wood that grew naturally in another shape is fashioned artificially according to our needs. How much more easily does the soul permit itself to be

THE EPISTLES OF SENECA

omni umore obsequentior. Quid enim est aliud animus quam quodam modo se habens spiritus? Vides autem tanto spiritum esse faciliorem omni alia materia, quanto tenuior est.

- 7 Illud, mi Lucili, non est quod te inpediat, quo minus de nobis bene speres, quod malitia nos iam tenet, quod diu in possessione nostri est; ad neminem ante bona mens venit quam mala. Omnes prae-occupati sumus. Virtutes discere vitia dediscere est.
- 8 Eo¹ maiore animo ad emendationem nostri debemus accedere, quod semel traditi nobis boni perpetua possessio est; non dediscitur virtus. Contraria enim male² in alieno haerent, ideo depelli et exturbari possunt; fideliter sedent, quae in locum suum veniunt. Virtus secundum naturam est, vitia inimica et infesta
- 9 sunt. Sed quemadmodum virtutes receptae exire non possunt facilisque earum tutela est, ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc proprium³ inbecillae mentis atque aegrae est, formidare inexperta. Itaque cogenda est, ut incipiat; deinde non est acerba medicina. Protinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remedium post sanitatem voluptas est, philosophia pariter et salutaris et dulcis est. VALE.

¹ *dediscere est. eo* Haupt; *dediscere* (om. Pb) *sed eo* MSS.

² *male* P. Thomas; *mala* MSS.

³ *proprium* Madvig; *primum* MSS.

EPISTLE L.

shaped, pliable as it is and more yielding than any liquid ! For what else is the soul than air in a certain state ? And you see that air is more adaptable than any other matter, in proportion as it is rarer than any other.

There is nothing, Lucilius, to hinder you from entertaining good hopes about us, just because we are even now in the grip of evil, or because we have long been possessed thereby. There is no man to whom a good mind comes before an evil one. It is the evil mind that gets first hold on all of us. Learning virtue means unlearning vice. We should therefore proceed to the task of freeing ourselves from faults with all the more courage because, when once committed to us, the good is an everlasting possession ; virtue is not unlearned. For opposites find difficulty in clinging where they do not belong, therefore they can be driven out and hustled away ; but qualities that come to a place which is rightfully theirs abide faithfully. Virtue is according to nature ; vice is opposed to it and hostile. But although virtues, when admitted, cannot depart and are easy to guard, yet the first steps in the approach to them are toilsome, because it is characteristic of a weak and diseased mind to fear that which is unfamiliar. The mind must, therefore, be forced to make a beginning ; from then on, the medicine is not bitter ; for just as soon as it is curing us it begins to give pleasure. One enjoys other cures only after health is restored, but a draught of philosophy is at the same moment wholesome and pleasant. Farewell.

END OF SAMPLE TEXT



The Complete Text can be found on our CD:
Primary Literary Sources For Ancient Literature
which can be purchased on our Website :

www.Brainfly.net

or

by sending **\$64.95** in check or money order to :

Brainfly Inc.

5100 Garfield Ave. #46

Sacramento CA 95841-3839

TEACHER'S DISCOUNT:

If you are a **TEACHER** you can take advantage of our teacher's discount. Click on **Teachers Discount** on our website (www.Brainfly.net) or **Send us \$55.95** and we will send you a full copy of *Primary Literary Sources For Ancient Literature* **AND** our *5000 Classics CD (a collection of over 5000 classic works of literature in electronic format (.txt))* plus our *Wholesale price list*.

If you have any suggestions such as books you would like to see added to the collection or if you would like our wholesale prices list please send us an email to:

webcomments@brainfly.net